

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De variis variarum regionum calamitatibus. Caput XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

EVAGR. HISTORIAE

atque ædificia alia in proximo sita , non modo quæ facile incendi poterant , verum etiam quæ erant ex lapidibus constructa , depascente , facile absumpsiisse : quod quidem incendium durasse ad quatriduum , nullisque viribus comprimi potuisse : per urbem medium totam pererrans , à septentrionali regione ad australem usque omnines domus ad quinque stadia in longum , in latum autem ad quatuordecim stadia penitus vastasse , nullum quæ ædificium vel publicum , vel priuatum , nullas columnas , nullos denique fornices ex lapidibus structos , toto illo spatio , quo grassabatur , omnino reliquissse , sed omnem duram concrematisse materiam , perinde ac si fuisset per facilis ad incendendum . Hanc cladem in Boreali vibis regione , in qua nauale est , à Via Bouis ( hoc enim nomine est ) usque ad vetus templū Apollinis oberrasse : in australi autem à portu Iuliani ad ædificia ecclesiæ , quæ concordiz nomine nuncupatur , nō multum distantia grassata . In media ciuitate , à foro Constantini ad Tauri forū usque , miserabile spectaculū , & cum primis horrendum ante omnium oculos posuisse . Nam quæcunque urbis loca in sublime cum summa pulchritudine erecta fuissent , aut quæ ad magnificantiam & singularem præstantiam affabre elaborata , aut ad publicos , priuatosue usus extorta , aceruatim velut in montes colleisque inuios & abruptos aggerata fuisse , atq; confertos omni materiæ genere , sic priorem deformatiæ effigiem , ut ne ab eorum habitatoribus internosci poterat , qui locus hic vel ille antè fuisset , vel ubi situs .

*De variis variarum regionum calamitatibus.*

*Caput XLII.*

**E** Isdem temporibus , bello Schythico , quod cōtra Romanos versus Orientē incolentes suscepit fuit , ex ardente , Thracia , Helleponus , & Ionia terremoto admodū concussæ sunt : concussæ etiā eodem Cyclades insulae : concussæ item Cnidus & Coo insulae , usque adeo , ut multa in illis deturbarentur ædificia . Porro autē Priscus memorat tam ingentem pluviā Constantinopoli , & in Bithynia extitisse , ut ad tres aut quatuor dies , aquæ instar fluviorum de cælo præcipitarent , & montes illarum violenter

tia in planité deprimerentur: quinetiam sic obruerétur pa-  
gi, vt in exitij discrimē venirent: inque Boana Lacu, qui  
non longe abest Nicomedia, ob crebram sordidæ cuiusq;  
generis materiam in eum congestam, nonnullæ fierent in-  
sulæ. Verùm ista euénere postea.

## De Zenonis &amp; Ariadnae nuptiis. Cap. XV.

**I**mperator Leo Zenoni Ariadnam despondet filiam, eū  
sibi generū asciscit: qui ab incunabulis Aricmesus qui-  
dem vocatus fuerat, at post nuptias nomen à quodam vi-  
ro ab Isauris oriundo, sic appellato, qui ad magnum decus  
& splendorem peruenislet, obtinet. Vnde verò iste Ze-  
no ad tantam dignitatē ascenderit, & quam ob causam om-  
nibus à Leone sit prælatus, ab Eustathio Syrio commemo-  
ratum est.

De imperatore Romano Anthemio, & qui post il-  
lum imperauerint. Cap. XVI.

**A**nthemius porrò rogatu Legatorum à Romanis ad  
Occidentem habitantibus Cōstantinopolim ad Le-  
onē missorum, imperator ad Romā gubernandā mit-  
titur: cui Martianus, qui dudū rexerat imperiū, filiā despō  
derat. Basiliscus præterea, frater Berinæ coniugis Leonis,  
cum exercitu ex militibus lectissimis collecto dux contra  
Genzerichum mittitur: quæ res sunt à Prisco rhetore accu-  
ratisimè conscriptæ: neque hæ solum, verū etiam quo mo-  
do Leo Asparem, qui imperiū ei tradiderat, per dolū, qua-  
si mercedem honoris, ad quem ipsum extulerat, ei redditu  
rus, è medio sustulit: quinetiam filios eius Ardaburiū, quæ  
antea Cæsaré creauerat, & Patriciū, quo Asparis patris eo-  
rum insolentiā & inscitiā ludificaret, itidē trucidauit. Post  
occisum Anthemiu, qui quinquennio Romanū imperiū  
administrauerat, Olymbrius à Rhecimere imperator renū-  
tiatur: quo extincto, imperator creatur Glycerius: quem  
Nepos post quintū imperij sui annū exturbat, ipseq; potiū  
imperio: episcopū aut̄ Romanū Glyceriū apud Salonas vr-  
bē dalmatię designat. Istū Nepotē regno ejicit orestes: post  
Orestē, fili⁹ eius Romulus, cognomine Augustul⁹, q postre-  
mus Romē impator fuit 1300. annos post regnū Romuli,

Hh 4 imperium